

1616 die dominico 21 februarii in vesperis in domo domini Ioannis de Arasia posita in loco Argagirole, visitando etc.

Reverendus presbiter Antonius Simonis de Ritalis, rector ecclesiarum sanctorum Quilici et Suzane de dicto loco Monticelli.

Interrogatus quid est preiurium [*sic*]. Respondit: est offensio contra legem Dei.

Interrogatus quid est iuramentum. Respondit: est damnatio corporis et animae.

Interrogatus quid est homicidium et in quas penas incurrant ipsi homicidiales. Respondit: est offensio contra Deum et homines.

Interrogatus quid est matrimonium. Respondit: est legitima coniunctio maritalis.

Interrogatus quottuplex est matrimonium. Respondit: duplex, clandestinum et legitimum.

Interrogatus quaenam sint impedimenta matrimonii. Respondit: duodecim, scilicet error, conditio, affinitas etc.

Interrogatus quid est censura. Respondit: è una separatione dalle cose ecclesiastiche.

Interrogatus quottuplex est censura. Respondit: tres, excommunicatio, interdictum et suspensio.

Interrogatus quid est missa. Respondit: est sacrificium offerre pro vivis et defunctis.

Interrogatus quid significant ille quinque cruces que fiunt in sacra missa a sacerdote, scilicet "hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vite aenerne [*sic*] et calicem salutis perpetuae". Respondit: io non so che possino significare altro che le cinque piaghe di Christo.

Anton Simone Ritali [*souscription autographe*]

[...]

[45v] Monticello

P(re)te Aliseo di Giossani in concubinato con Pia e Santa sorelle di Niolo vi ha un figliolo con la (...) [et un mot intercalé entre les deux lignes, au-dessus de (...)].

Il canonico Simon Giovanni Savelli concub(inario) publico ha figlioli con una dona del proprio paese et con altra sua parente del medesimo paese, lo sa Farrando et altri ch'esso dirà, il canonico Filippo Savelli che sta <e> [con] Giobattista suo fratello, Orso Giacomo d'Evangelista, Paulo di Bartolomeo, Farando d'Usentone, Pompeo di Francesco, tutti di questo luogo.

Stuprò una vergine figlia di Giudice di Domenico e quando la figlia si tolse del sforzo la mandò a Lumio e doppo l'ha tenuta pubblicamente, con la quale ha havuto doi maschi et una figlia, testimoni li sudetti.

Si chiama Rosaspina figlia di Giudice quondam Domenico.

Ha avuto una figlia di Santa, un maschio, essendo detta donna vedova, testimoni li sudetti. Si chiama Lucensa quondam Antonio Maria.

Mentre era chierico lasciò l'habito clericale et andava in habito secolare et archibugio a ruota sicome hora porta pistole.

[46r] Percosse nel volto una dona.

Accompagna banditi e li tiene in casa e particolarmente uno (chiamato) Guidone.

Testimonii li sudetti.

Figli quondam

Mariotta, Anton Paulo, Giovanni, (...) di Boletto.

*[le texte qui suit est rayé en diagonale]*

1616 die sabbati 20 februarii

Reverendus canonicus Simon Ioannis promisit et fideiussit de summa scutorum 200 de stando iuri et se presentialiter presentando toties quoties sub dicta pena (...).

Nominando in procuratorem citand(um) cap(itaneum) Michaellem Rocham cum facultate opportuna et pro eo (*messer*) Placidus quondam Pauli Hieronymi de Sancto Antonino.

Grimaldus quondam Pauli de Corbaglia et Biasius quondam Lionerii de Corbara presentes promitentes (etc.) et iuri (...) et (quoties) (...) indemnes (etc.) iuraverunt tact(is) (etc.), testes reverendi Sebastianus et Andreas rogati.

[...]

[47r] *[le premier texte est rayé en diagonale]*

1616 die sabbati 27 februarii in Argagliola

Reverendus Simon Giovanni canonicus Aleriensis de ordine reverendissimi domini, cum ipse canonicus intendat almam urbem rep(ete)re, mandat[ur] denuo (fideiubere) prout fideiubet de summa scutorum 200 (...) ord(in)ata et pro eo de se presentando (etc.) si vocatus per totum mensem maii (proximum) (etc.) alferius Antonius Leonardus quondam Mariani Crucianus quondam Ioannis Andree et Ioannes Martinus quondam Ioannis Andree, omnes de Belgodere presentes (etc.) promitentes (etc.) (sub etc, renunciantes) et quos indemnes (sub etc), testes reverendus Ioannes Baptista de Regno rector Sancti Chilili Aleriensis diocesis et reverendus Petrus de Regno vicecuratus Sancti Antonini dicte diocesis vocati.

[...]

[49r][page rayée dans le manuscrit]

1616 die martis prima martii in loco Lumii

Reverendus p(resbiter) Ulisses de Iussani habitator dello Monticello fideiussit et promisit de scutis 200 de stando iuri et (...) nominandum dominum (Paulum) Zerbi eius procuratorem, et pro eo m(agnifi)cus Laurentius Luciani et multum reverendus canonicus Simon Ioannes presentes (etc.) promitentes (etc.) (...) et quos indemnes (etc.), testes reverendus Andreas et dominus (Hieronymus) familiares.

[...]

1616 die veneris 19 februarii in tertiis

Visitatio [*rayé* parrochialis] oratorii sub titulo sanctorum Fabiani et Sebastiani, quod servit pro vice parrochiali loci Monticelli, cuius titularis est reverendus Antonius Simon de Ratalis, cuius anni reddictus sunt libre sexcentum, statusque animarum 350.

In primis vixitavit sanctissimum Eucharestiae sacramentum, quod conservatur in pisside argentea decenti, tabernaculum est deauratum et bene decens iuxta lici [*lire loci*] qualitatem, sine umbellam atque supracellum.

Clavis tabernaculi non est deaurata neque clavis baptisterii, que conservantur in quadam capsula lignea.

Cum sanctissimum sacramentum ad infirmos deffertur associetur ad minus cum sex luminariis cereiis et una tantum lanterna.

Fons baptismalis est marmoreus et satis decens suisque cancellis munitus.

Piramis est omnino nuda sine aliquo conopeo.

[113v] Vax ad infundendam aquam super baptisandos, utitur parrochus ex crocheoli parvulo ex aurical(co).

Non adest iuxta fontem figura precurssoris Christum baptisantis.

Sacra olea chrysmatis et cathecumen(or)um conservantur in vassis stanneis diruptis et indecentibus in quodam vello.

Oleumque infirmorum pariter conservatur in vasa stannea eiusdem forme in quadam bursa indecenti, que omnia conservantur in quadam capsula lignea vetusta sine cardine.

Quod de cetero iuxta decreta concilii tridentini officiales societatis Corporis Christi reddant annua computa de fideli solum administratione reverendo parrocho.

Altare maius est debitae mensurae, petraque sacrata, scabellumque ipsius.

Mandat sacrarium quod est in ipsa altari a parte posteriori omnino removeatur et in alio

loco collocetur, ipsumque altare cum aliis fenestrellis in pariete a cornu epistolae fabricetur pro conservandis urceolis tintinabuloque gestatorio ad usum sacrae missae.

Fenestra que est a cornu evangelii ex vitrae aut saltem ex tela cera illinita muniatur ad coherendam pulviam seu ventum.

Altare sanctissimi Rosarii. Icona est satis decens.

Petra sacrata non est debite mensure nec mensa altaris [114r] nec scabellum ipsius.

Mandat quod a parte anteriori mensa altaris augeatur per uncias octo, a lateribusque per uncias sex, scabellumque ipsius a parte anteriori augeatur per uncias octo, et quod circumdet latera ipsius altaris per uncias duodecim.

Confessionale reducatur [*correction sur* redigetur] ad debitam formam figuraque affigatur crucifixi.

Amictus, purificatoria et corporalia signo crucis muniantur.

Mandat quod de duobus paliis ad usum sacri altaris, viridis et violatei coloris, nec non de duobus velis ad usum sacri calicis dictorum colorum provideatur.

Non fit aspersio aquae sanctae in die dominico, quod de cetero fiat.

Adest pactena ex auri calco.

Eodem die in vespere in dicto loco Monticelli

Visitatio parochialis sub titulo sancti Quilici.

Icona est vetusta et male picta.

Altare est sine petra sacrata, est sine tabella secreta missae continentia.

Mensaque altaris a parte anteriori latitudine per uncias octo augeatur scabellumque ipsius etiam latitudine a parte anteriori per uncias duodecim augeatur, et quod circumdet latera ipsius altaris per uncias sexdecim, cum alio gradu a parte anteriori altitudine uncias 12.

Adsunt in parochiale duo sepulcra cum uno tantum tegumento.

Porte sunt vetustae et diruptae.

Fontes aquae benedictae sunt indecentes.

[114v] Fenestrellaque pro conservandis vulceorlis tintinabuloque gestatorio ad usum sacrae missae dum sacrum fit, augeatur restaureturque ad formam prescriptam.

Cimiterium est ante fores parochialis, habet feretrum vetustum, sine pallio.

Visitatio confratrum loci Monticelli

Mandat quod de cetero sub pena interdicti et scuta decem loci[s] piis applicandis annuatim mutantur omnes massarii aliarum societatum, et reddant statim computa

administratorum novis massariis officialibusque successis reverendoque parrocho sub predicta pena.

Habent capitula, quae intra spatium sex mensium a reverendissimo ordinario Aleriansi reformatur et conformentur (lire *confirmentur*) alioquin elapsis dictis mensibus inrictae et invalida essa declarat.

Et quod de cetero sub constitutionibus a sancto Carolo Borromeo institutis millitent et observent.

Oratorium camprestre sub titulo sancte Suzane

Est male decens.

Altare scabellumque ipsius non sunt debitae mensurae caretque omnibus debitis ornamentis, quod nisi ad debitam formam et mensuram reducetur omnino celebr[ar]i prohibetur sub pena inder[di]cti.